

In n[ost]ri b[re] Lit  
C.  
gorij ipe. ix. lco. que oia necēta in  
unio conf. epi. ad. is. eplm. 7 i lbo.  
et ad t[er]ciam. 7 ad ultimas uelpas.

**D**ebet d[omi]n[u]s s[er]uonem  
suo in u[er]bo gl[ori]e  
et in s[er]uonem suo laudare  
et in s[er]uonem suo laudare  
et in s[er]uonem suo laudare

**D**ebet d[omi]n[u]s s[er]uonem  
suo in u[er]bo gl[ori]e  
et in s[er]uonem suo laudare  
et in s[er]uonem suo laudare  
et in s[er]uonem suo laudare

5796



*II. 65.*



ANACREON SVAVILVDIVS,  
cum pio voto  
*ad festiuitatem Natalitiam,*

Plurimum Reverendi,  
Magnifici, Clarissimi & Excellen-  
tissimi Viri,

DN. ÆGIDI STRAUCHI,  
SS. Theol. D. Protosynedrii Ecclesiastici  
Elect. Sax. Assessoris, Pastoris & Superin-  
tendentis Dresdensium Vigilantissimi,  
nec non supremi Scholæ In-  
spectoris,  
Patroni & Promotoris sui meritissimi,  
à

GEORGIO HAUSMANO, Poëta Laur. Cæs.  
scholæ ibidem Rectore, ablegatus.

*Tristia temperare latis, condire curas  
hilaritate decet.*

*Typis Stumpffeldianis, Anno 1626.*

B 5

Cl. Rito  
In. Christoph. J.  
M. Dico et  
Ferb. amico

# ANACREON SVAVILUDIUS.

*Letâ reversione,*  
*reversione letâ,*  
*faustâ reversione,*  
*reversione faustâ,*  
*latam reversionem,*  
*faustam reversionem,*  
*faciunt, tuis dicata*  
**Natalibus, Kalendæ,**  
*latissima Kalendæ,*  
*faustissima Kalendæ,*  
**STRAVCHI, eruditiores,**  
**STRAVCHI, politiores,**  
*interq̄, clariores,*  
*interq̄, variores,*  
*interq̄, cariores,*  
*Vir maximè erudite,*  
*Vir maximè polite,*  
*Vir clare, rare, care,*  
*Vir care, rare, clare:*  
*idem potentis Ense,*  
**Rutâq̄, præpotentis,**  
**SEPTENVIRI fidelis**  
**Director Arbitrâq̄;**  
*Ecclesiasticarum*  
*rerum, scholasticarum*

*rerum, atq̄, ad has & illas*  
*qua pertinent, supreme*  
*Episcopes & hujus*

**Antistes, æviterno**  
*mihî colende cultu,*  
*mihî colende honore,*  
*perenniduro honore,*  
*mihî colende amore,*  
*Cordifluente amore,*

*Quàm, Semonem decente*  
*tantum, Cor intus ardet,*

*Temet ligare dono;*  
*si suppetat facultas,*  
*ut suppetit voluntas.*  
*Sed derogat facultas,*  
*quod erogat voluntas.*

*Heu! quod mihî negavit*  
**Crœsi, Attali, Midæq̄;**  
*opesq̄, ditiasq̄*  
*amplissimas misellis*  
*inimica sors pœtis,*  
*Cultoribus universis*  
*panè artium bonarum*  
**& Vulpibus-scholarum.**

Heu ter quater! nec auro  
quod Arrabum, nec Indis  
abundo margaritis!  
ex auro imago staret  
tua fabrefacta soldo  
in gratiam Patroni,  
meritissimi Patroni,  
ambiret undiquaq;  
ornaret undiquaq;  
illam catena pondo  
centum, gravata gemmis,  
gravata margaritis,  
iisq; non minutis,  
jam qualibus venustat  
bumulga quaq; collum,  
convertat ut juvencos  
in se libidinosos:

Cleopatra sed gerebat  
qualis in aure, qualem  
Dux in fuga Perozes,  
abjecit, insequenti  
ne nosceretur hosti.

Has somniationes,  
imaginationes,  
meras inanitates,  
verasq; vanitates,  
ultrò citroq; volvens,  
sic cogitare capi:

peculiare quid sibi  
tibi munus arca? quid sibi  
fortasse cella? quid sibi  
tibi culina? quid sibi  
tibi bibliotheca? quid sibi  
elargiatur hortus?

Aperitur arca clave  
mox inditâ, taleros  
Regumq;, Caesarumq;  
Comitumq;, Principumq;  
imagine atq; longo  
spectabiles capillo,  
inquirimus locellis,  
in omnibus locellis,  
et sacculis misellis.

Vbi querimus taleros,  
Regumq;, Caesarumq;  
Comitumq;, Principumq;  
imagine atq; longo  
spectabiles capillo:  
non invenimus ullos,

Regumq;, Caesarumq;  
Comitumq;, Principumq;  
imagine atq; longo  
spectabiles capillo,  
(Eheu mihi!) taleros.  
Quid invenimus ergo?  
Nihil aurea moneta,

argentea moneta  
Nihil, aut pecuniae,  
Polchra pecuniae,  
natale munus unde  
nec confici potestur.

Sic derogat facultas,  
quod erogat voluntas.

Quando moneta desit:

Solatii tuo quid  
das, cella, dico, vati?  
Intrare iussus, intro,  
Bacchiq; dona quero,  
Hispanicum saporem,  
& Creticum ruborem,  
& Massicum fluorem,  
& Cæcubum liquorem,  
& Rheticum madorem,  
Falerna vina, vina  
Rhenana, Chia vina,  
& qua gula magister,  
& artifex bibendi,  
inter suos bibones  
gnavos & belluones,  
scit nominare plura.

Pudet referre: lorã  
cervisia repletam,  
capace ventre cupam

nil præter invenitur,  
natale munus unde  
non confici potestur.

Sic derogat facultas,  
quod erogat voluntas.

Ne desiras, Culina,  
necessitate tanta,

tanta in necessitate,  
me, dico: prome piscem,

quem præcunte mensis  
tibicine inferebant

olim Remi nepotes,

Remi inclyti nepotes:

elixa, frixa, cossa

da cruditatis assa:

da Phasidis volucres,

turdos, & attagenas:

da bubulum, suillam

carnem, simulq; ovillam:

da tortiles placentas,

versatiles placentas,

butyrinas placentas,

vitellinas placentas,

et melleas placentas,

et lacteas placentas:

da mattyas, & omnes

cupedias, & omnes

Apicii apparatus.



Intro, *Imparata cuncta:*  
cluta vasa nulla,  
patella adest nec olla,  
Focus nec igne lucet,  
aqua fontis ipsa muret,  
rubigo pœnè totum  
consumserat veruculum,  
pedem unus è gemellis  
amiserat crateris,  
alter carebat unco,  
natale munus unde  
non confici potestur.  
Sic derogat facultas,  
quod erogat voluntas.  
Videbo Bibliothecam:  
hæc liberabit omni  
me curiositate,  
hæc liberabit omni  
me (spero) maestitate  
et tristitate mesta  
maestag, tristitate:  
contra, replebit omni  
me dulcitate suavi  
et suavitate dolci,  
inquam: volumen ingens,  
auroq, sericoq,  
decenter involutum,  
Hæc diligam, beati

ut sunt tomi Lutheri  
Chrysostomiq; scripta,  
Doctōris aut alius  
Ecclesie. Quid autem?  
quocunq, verso memet,  
quocunq, flecto memet,  
consideroq, libros  
armarium per omne,  
stant non nisi libelli,  
vilissimi libelli,  
armarium per omne:  
Catunculi vetusti  
Et Aelii invenisti,  
quos dixeris Noachi  
quondam fuisse in arca,  
quos dixeris latrones  
inter fuisse, sic sunt  
à vermibus peresi  
omniq, parte laesi.  
Hic unicam pagellam,  
iste undecim pagellas,  
plures & ille servat,  
quos scimitotus inter  
Dasypodius gubernat  
tenet supremarum,  
Dictator ut perennis,  
dignatione iusta:  
πλέον ἤμισυ πάντος ἔστι

Sententiâ Pœta,  
gentilis & Propheta.  
Eheu mihi ter, eheu!  
natale munus inde  
non confici potestur.  
Sic derogat facultas,  
quod erogat voluntas.

*Iam derelictus omni  
Ope, destitutus omni,  
Horti vireta viso,  
si nominandus hortus,  
horti nec est abortus,  
arbuscula pusilla  
ramusculus pusillus,  
& arca pusilla  
acervulus pusillus,  
quem de ssuario una  
asportet Abra corbe.*

*Heic quero germinilla,  
pretiosa germinilla,  
Arabum beata tellus,  
tellus Sabæa, tellus  
& que Syrisca gignit:  
Ægyptios per hortos  
est quicquid invenire,  
Adonidos per hortos  
est quicquid invenire,  
Panchaiæ per hortos*

*est quicquid invenire,  
Canarios per hortos  
est quicquid invenire.  
Heic quero moly dium,  
Nepenthes ac Homeri.  
Heic quero gignit arbor,  
Serum arbor aestimata,  
lane quod aestimata,  
ales quod Alchibubuch  
excernit, illa cuitrix  
Orbis recentioris,  
recentioris Orbis,  
Ambarq; balsamumq;  
Crocumq; cinnamumq;  
quicquid fragrantiorum  
& est ubiq; florum,  
quicquid fragrantiorum  
aromatum ac odorum.*

*At nil fragrantiorum  
aromatum ac odorum  
florumq; adest ubiq;  
nisi salviæ pusillum  
in arca pusilla,  
libanotidos pusillum  
in arca pusilla,  
& præter hanc & illam,  
puertia flagella;  
ferison & bocardo,*

felapti cum darapti,  
darapti cum felapti,  
natale munus unde  
non confici potestur.  
Sic derogat facultas,  
quod erogat voluntas.

*Falsus spei suprema,  
ego more debitoris,  
Solvendo debitoris  
inidonei, fricare  
misere caput, capillos  
& vellere barbam:  
cum derepente Phœbus  
nil tale cogitanti  
intervenit, measque  
imaginationes  
& somniationes,  
meras inanitates  
verasque vanitates  
ridens, agis quid? inquit:  
dies caniculares  
vermesque Margarethæ,  
agitare te, putarem:  
dies caniculares  
vermesque Margarethæ  
nisi praterisse scirem,  
sciremque praterisse.  
Quod arca, quodque cella,*

culina, bibliotheca,  
habet tuus nec hortus:  
habet tuum cor intus.  
Hinc cordiale votum  
deprome pro salute  
Tanti viri, suorum  
et pro salute longâ,  
felicitate longâ,  
natale munus inde  
bene confici potestur,  
nec derogat facultas,  
quod erogat voluntas.  
Iloc munus omne munus  
Superat, quod arca, cella,  
Culina, bibliotheca,  
tuus & ministrat hortus.

*Morem gero jubenti,  
votumque cordis imâ  
conceptum in æde promo:*


*Faxit supremus ille  
Factor soli poli que,  
poli soli que factor  
supremus ille faxit,  
STRAVCHI Patrone magne,  
Protectus à periculis,  
ab omnibus periculis,  
morboque tutus omni,  
maloque tutus omni,*

ut lucis hujus almâ  
diu fruaris aurâ,  
diuq; T Efruamur,  
diu tuo favore,  
tuaq; amantate  
mellifluente lingua;  
ut lucis hujus almâ  
diu fruatur aurâ  
tecum marita clara,  
tibi marita cara,  
pentasq; bellulorum  
polchella filiorum,  
triasq; scitularum  
tenella filiarum  
matriset & patriset,  
vegescat & vigescat,  
succrescat & virescat,  
virescat & senescat,


senente cumq; patre,  
senente cumq; matre  
senex tuis dicatas  
**Natalibus Kalendas**  
non vicies celebret,  
non tricies celebret:  
sed centies celebret,  
sed millies celebret.  
Sic peñtorum preccamur  
ex intimo recessu,  
tua luculenta virtus,  
doctrina milleformis,  
pietasq; singularis,  
conjuncta comitate,  
cum comitate comi  
comiq; comitate,  
hac vota promerentur,  
& plura promerentur.

TANTVM.

ᾠδὴ δὴ δ' ὄψα.







Christi nam  
annus. et in  
tempore ne  
quod est quod  
est. Et per  
soluere et in  
tentibus  
**D**e Anno  
et in  
tempore  
et in